

1. Petendum erit, quod omnes camerales coram
Illustrissima Commissione compareant, et iura-
mento obstringantur ut tam singuli, quam omnes
conjunctim omne id Illustrissima Commissioni
in scriptis denunciare et indicare velint, quod in
detrimentum Feudi et interesse Domus Ducalis,
tam in economicis, quam aliis in causis, disposi-
tum sit, sub comminatione infamiae et confiscationis
Bonorum, si aliquid fuerit celatum et non
denunciatum, de quo camerales tamen sciverunt,
porro, ut iidem camerales fideliter omnes Domus
Ducalis et Funda Ducalia indicare debeant, et
a quibus hactenus usurpata et devestata sint,
cum rationibus, quare Domus Ducalis ita sint
destructa, et quis materialia ex illis, ut ex Ar-
ce Mitaviensi, ad se traxerit et sibi vindicaverit,
an praedia Ducalia non plus reddituum quotannis
ferre poterint, quam ab Arendatoribus pro il-
lis quovis Anno ex amicitia et conventio
solutum sit, quo jure Typographo destinata
Domus Ducalis ab aliis possideatur, ut idem
juramentum etiam ab Administratoribus
Tebniorum in Mitavia, Bauske, Friedrich-
stadt et Jacobstadt quoque praestetur, itidemque
ut Juramentum hoc a Consilibus et Secretariis
Urbium, Mitau, Libau, Goldingen, Windaw
et Bauske